recessu suprascripto quoad respondendum spectam mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, uni parere, cedere, vadium possaturi licere, Inscriptioni huic satis facere, ac omnem vexationem pati debebit et tenebitur, atque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, promotioni, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. ad Quietationem ultra praesentis officij praefati Castrensis Capitan. Praemislien. Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum exceptiones faciendo, praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus, fatalijs Juris praetensione Terrestri, bello, Conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ilnicka eadem cum Marito suo Donat. Kruszelnickiemu

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemislien. Nobilis Zophia Kruszelnicka olim Nobilis Wasko Kruszelnicki Kovizyski, cum olim Nobili Hala Kruszelnicka Popowiat Lepieszowiat Consorte eius legitima procreata Filia, Nobilis vero Constantini Ilnicki Huczytowicz Consors legitima, cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa bona Paternalia infrascripta videlicet certam sortem

in sorte

in sorte, Heliasrowski qui et quanta se Recognoscens post bonae memoriae supradictos Parentes suos iure divino et naturali successione concernunt in bonis villae Unierzelnica Terra et Districtu praefatis Przemislien. iacen. et consisten. cum omni praemissorum, Iure, Dominio, proprietate, haereditate, titulisque haereditariis, cumque omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis et obventionibus quibusvis, item agris, faenilis, pratis, campis, pascuis, pascuariis, Hortis, pomariis, attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis, nihil ex praemissis, Iuris, Dominii, proprietatis, ac cuiquis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsamet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsamque concernebant ac eidem legitime serviebant. Iam eximio et defacto Nobili Petro Kniesielnicki [?] ... cuique posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit prout praesenti dat, donat, inscribit, et resignat perpetuo et in aeternum. In quae quidem bona suprascripta sortis praefatae, praemissaque omnia praesenti per se Recognoscentem donata; haec eadem suprascripta Regni praefato Donatario suo, et eius posteris, tam eximio ac defacto coram officio praesenti dat, et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit, officiose accipiendam. Per ipsum Donatarium suum et ipsius successores, haec eadem bona sortis praefatae praemissaque omnia praesenti donata, cum universis praemissorum utilitatibus, et usufructibus tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi; ac ad suos suorumque successorum, quorsius bene placitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, modo et iure haereditario. Debetque et tenebitur memorata Regina ... pro se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis praefato Donatario suo et eius posteris inscribit et obligat praesentibus, ipsum eiusque successores in dictis bonis, praemissisque omnibus, praesentibus resignatis ab ...

ex quavis

et quavis impetitione Iuridica quarumcunque Personarum cuiuscunque conditionis, status et sexus Cuiusvis existentium eximendo in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit per omnes Praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio, tueri defendere, eximere intercedere et liberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non haec eadem bona praemissaque omnia praetensa resignata, ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem bona praemissaque omnia praetensa modo praemisso inscripta Cuiuis personarum, modo quovis factis et faciendis. Tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona, praemissaque omnia praetensa donata importatis et importandis, Lucrisque et Perlucris, processibusque Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praetensis resignatis, perductis et perducendis emundare et liberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam, coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum praetensa donationem, dum per Nobilem et Nobiles duos officiose requireretur non denegare, imo debebit et tenebitur eamque libere dare, et effectualiter admittere, Datasque et admissa eadem, Possessionem et usumfructum praemissorum omnium tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas personas non praepedire nec adimere, Ipsumque Donatarium suum, et eius Successores in praemissis omnibus nullo modo inquietari ita ut eadem bona praesentibus resignata cum universis commoditatibus et usufructibus

et usufructibus, idem Donatarius suus cum suis posteris, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donatariae vigore tenere, habere et possidere, queat. illisque uti frui possit, perpetuis et aeternis temporibus. Atque sub Damnis Terrestribus, simpliciter absque corporale Juramento taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem sive eius Successores praefato Donatario suo, et illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum succubitur, ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citta existens Nobilis Sophia Kruszelnicka olim Nobilis Wasko Kruszelnicki Korczynski cum olim Nobili Hala Kruszelnicka Popowicz Lepesiowna conte eius legitima procreata filia nobilis vero Constanti Kruszelnicki Hnizylowicz consors legitima sive eius successores, ad Instantiam praenominati Nobilis Petro Kruszelnicki Szpegowicz, Donatarii sui vel ipsius Posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, Ex tunc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante tempus in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, damna praefata terrestria simpliciter absque Corporali Juramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori minoreque

tate

tate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia, poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello Convocationeque, vel alijs quibusvis, Iuris remedijs, et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis evadendo, Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kruszelnicki Ilnickiem Debet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemislien. Nobilis Petrus Kruszelnicki de Sepegowicze sanus mente et Corpore existens, a Terris Districtibus, Iudicijs, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competen. recedendo Praesenti vero Castren. Capitaneali Praemislien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publiceque per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Constantino Ilnicki Huzylowicze eiusque posteris summam Quinquaginta florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis Triginta Polonicalibus computando et numerando certi, veri, iusti, et liquidi debiti, mutuatique apud ipsum per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam Quinquaginta florenorum Polonicalium idem suprascriptus Recognoscens Nobilis Petrus Kruszelnicki, Sepegowicze se suosque successores, in et super bonis suis generaliter

omnibus